



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quæ ad naturam comestionis, vel potationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Quod si non ex assumpto cibo, sed ex ipsa ægritudine vi vomitum patitur; communicandus non est, nisi, per sex circiter horas, vomitus cessaverit, & Medicus, vel si hic absit, astans iudicaverint saltem per horam ab assumpta Eucharistia, infirmum non vomiturum, nam tunc communicari poterit. Quod si deinde, per accidens recedat vomitus, & Sacra Hostia expellatur; reponatur in loco aliquo sacro, ac species, ubi corruptæ fuerint, in sacrum recondantur. Cætera, quæ ad infirmi Communionem pertinent, dicemus *infra suo loco c. 5. vide item c. 3. §. 4.*

§. VI. De jejuniæ naturali requisito ante Communionem.

15. **D**Vo mox dicenda requiruntur ex Delugo *disp. 15. de Euch. sect. 2.* ad hoc ut violetur jejuniæ naturale, dictum naturale ad differentiam Jejunij Ecclesiastici, quod Ecclesia præcipit observari in diebus Jejuniorum. Eo violato, ad Sacram Communionem, extra calum necessitatis, de quo dicemus mox §. 8. accedere, sacrilegium mortale esse (& quidem per nos unum) ut supra diximus c. 1. §. 3. ignorat nemo.

16. Primò igitur requiritur, quòd quicumque cibis, vel potus sumatur: cibus autem, & potus est ille, qui in stomacho alteratur, seu digeritur, vel ad digestionem pertinet. Secundo quòd id fiat per actionem: quæ sit comestio, vel potatio: quæ talis non est, nisi quid ex prædictis cibo, & potu assumatur, & in stomachum traiciatur. Jam distinctè de singulis.

Quæ pertinent ad cibum.

17. Dixi (quicumque cibis) siquidem etiam modicissimus cibis, ut modicum granum anisi, ex proposito deglutitum, violat jejuniæ hoc. Sic Delugo *ibid. num. 22. & 27. Hurtad. de Euch. disp. 9. diff. 15.* nam, ex Concilio Toletano, cibus, vel potus, quamlibet minimus ante Communionem prohibetur.

18. Dixi iterum (cibus) officulum enim sive fructuum sive alterius generis, frustum ligni solidi, moneta aurea, globulus plumbeus: frustum unguis, filum ex ferro, vel serico, vel lana, & similia, non violant, etiam in magna quantitate: non enim sunt cibus. Ita Delugo citatus, n. 32. Et non mediocriter signum, quod in stomacho non alterentur, est quia eadem integra, ut deglutitur, à quolibet, etiam valido stomacho, egeruntur in excrementis: Contra, violat Tabacum per os assumptum, si deglutitur, pillulæ ad medicamenta, & similia, ex Præp. in 3. p. 9. art. 9. dub. 1. 39. quia sunt cibi, quamvis medicinales: quibus semper est immixta aliqua tenuis particula apta ad digestionem, nutritionemque.

19. His violentibus addo libens cum Delugo *ibid. dicto n. 32.* papyrum, seu chartam, & filum ex ligno, ducunt enim originem ex herbis, & sunt in substantia herbarum, quæ digeruntur: ut etiam est pulca, culex, & vermiculi, digeruntur enim & ipsi: nec valet cum aliquibus dicere, papyrum, & filum ex ligno non esse cibum humanum, non, inquam, id valet dicere: nam nec fœnum, & palca v. g. sunt cibus humanus, & tamen, quia digeruntur, violant: Huc item reduco terram, seu cretam quam fœminæ, ob defecationem, vel ad diminuendum colorem, comedunt: cum enim non sit purum elementum, puto alterari in stomacho, & consequenter violari jejuniæ. Et sanè quis neget pulverem ex lapide Bezzuar, vel ex terra Cypria etiam si solus, sine iusculo deglutatur, cum sumatur per modum cibi medicinalis, solvere jejuniæ? Par autem videtur ratio in terra, seu creta.

Dices cum aliquibus. Terra, & similia in magna quantitate non vitiant jejuniæ Ecclesiasticum: ergo in minima non violant naturale: Sic Sunk. na Dian. V. Communionis *dispositio num. 33.* Respondeo nego consequentiam: nam terra, & similia non violant jejuniæ Ecclesiasticum, quia modicissimum est illud quod in ipsa, etiam acceptis in magna quantitate, id est nutritivi, seu digestibilis: sicuti evenire in cibis medicinalibus modo

dixi n. 18. At hoc modicissimum, quod ibi inchoat violandum jejuniæ naturale, ad quod sufficit quodlibet modicum, ut videmus n. 17.

20. A ceta, non violari jejuniæ nec naturalis, nec Ecclesiasticum, etiam in magna quantitate assumptum, Summa Diana *ibid.* citatque pro se locum *disp. 15. de Eucharistia, sect. 1. n. 29.* Sed ibi Delugo n. 25 meminit cretæ, non ceta in meo collectum diversa sunt: magis tamen acquiesco, quod jejuniæ, sicuti dixi de ipsa creta, & terræ, immixta bilis, quia magis alterabilis & partibus aliquibus immixta semper est.

21. Si quis deglutiat avellanam, vel pignora cum cortice integram, frangere jejuniæ hoc non sufficit, Sanchez *in select. disp. 42. n. 13. in fine*, quia est comestibilis, & per accidens non alteratur. De qua ego dubito: quia ut traicitur, nec est alteratur digestibilis.

Quæ pertinent ad Potum.

22. Dixi deinde de requisitis ad violandum Potum (Potus) quia gutta aquæ de industria sumpta, violat jejuniæ, sicuti violari à modico anisi gratia diximus: ille enim est cibus modicus, hic modicus potus. Violat etiam potio medicinalis, autem item potus, ut etiam sanguis, quem fugeret quis ex suo, & vulnerato: Ita Delugo *ibid. n. 32.* quia hæc per potum assumuntur. Si a te hauriatur aqua (immixta libet aliud) & statim à stomacho ejiciatur, violat non jejuniæ, saltem ex eo capite: quia semper immixtum aliquid in stomacho.

Quæ pertinent ad naturam Comestionis vel Potationis.

23. Dixi denique (quæ sit comestio, vel potatio) Primò gutta aquæ ex Delugo *ibid. n. 38.* quæ committitur salivæ, dum os abluit, vel gutta iusculi *ibid.* quæ illud gustas, an sit benè præparatum, immixtum salivæ traicitur, vel sanguis, *ibid.* qui ex capite fluit, & immixtus item salivæ deglutitur, non violat. Secundo eodem modo culex, vel musca, vel pulvis, quæ in os volitant, & calu traiciuntur. Sic idem n. 39. Hurtad. de Euch. *disp. 9. diff. 14.* Tercio sanguis vel pus descendens, etiam in magna quantitate ex capite, gingivis, etiam non salivæ immixtus, si deglutitur. Delugo *ibid. n. 23.* Quarto sumptio Tabacchi per os, sive in folio, sive in pulvere, sive in fumo, ex Gratia in 3. p. contr. 6. tract. 10. *disp. 8. n. 4.* immo & aliquam aquam attractam per nares, non solvunt jejuniæ. Colligitur ex Suar. de Euch. *disp. 68. sect. 4. §. 2.* Quævis, quia hæc omnia non sunt comestio, vel potatio: prima est tractio salivæ, secunda est respiratio, tertia est fluxus, quarta est attractio, seu afflatio narium. Quæ odor quilibet non violat jejuniæ. Sic Graa. de Euch. quia præter quam quod non est cibus vel potus, non mittitur per comestionem, potationemve, sed per præternaturam afflationem.

24. Contra, musca, vel culex si ea de industria comedas, vel etiam potens ea expuere, nihilominus violat: violat jejuniæ: Ita colligitur ex Delugo *num. 23.* quia ex una parte hæc digeruntur, sumque ut modicissimus, cibus, & ex alia hæc propria comestio: non enim involuntariè ab extrinseco veperint, non ita nam etiam si involuntariè ægrotus per vim cibum decidens in flumen, aquam invitatus bibat, non potus ea erit jejuniæ. Adde quod tu jam voluntariè trahis unde hæc non erit respiratio, sicuti esse modo dicitur quando casu, ex vi ipsius respirationis, præter naturam traicitur.

25. Præterea non violant jejuniæ frustula, prædentibus remanent ex reliquis cæcæ, si non deglutiantur: siquidem sic non fit comestio: non enim salivæ, vel ex respiratione traiciuntur. Sic Delugo

lib. 1. c. 36. Vafq. de Euch. disp. 2.1. c. 3. num. 30. Hurtad. de Euch. disp. 9. diff. 15. Violant tamen si deglutiantur ex indolentia. Sic idem, quia sic æquivalent commestioni, & paucis facit, quod non hoc die: sed hesterno assumptæ fuerint, dummodo comedantur: quo pacto, propter eandem rationem, etiam violatur jejuniū à faciendo, seu tabellis, ut ait, etiam violatur, possis in ore vesperi ante ad comedendum averterendam, postis in ore vesperi ante cibum, sed quæ post mediam noctem liquefiant, & trahantur in stomachum. Ita Delugo n. 26. & 27. Aliqui docent per prædictas cibi reliquias nunquam violati jejunium: quod sanè, Altem propter autoritatem extrinsecam non ignobilium Doctorum non est in probabilem, Henriq. Ioan. à Cruce, Diana, Suarez, Rodriq. Coninch. alique. Id quod, ne ad prædictas tabellas extendas velim: quia in his, cum voluntariè assumptæ fuerint, magis clarè apparet ratio comedendi.

26. Denique, Aromata in ore tenere, immo; & contere, ut frequenter fit in Masticæ, & in Tabacco ad confortandum caput, vel ad phlegmaticum humorem evacuandum, si non deglutiantur, non nocent jejuniū. Sic Bonac. in Sacram. disp. 4. q. 6. p. 2. n. 9. quia eiusmodi actio comestio nullatenus est. Quod si aliquid ex his descendat com salivâ, ut semper evenire oportet cum cohiberi non possit, quin descendat saliva illius aromatis afficta, non affert impedimentum jejuniū. Ita Tannerus, n. 4. disp. 3. q. 8. art. 8. not. 1. liquidem, non est per modum cibi, vel potus, sed per modum salivæ seu commestionis com salivâ. Illud, quod aliquis addit, quod videlicet si dum prædicta aromata in ore quis voluit granum aliquod casu in stomachum descendat, non solvatur jejuniū, multo difficile est: quia hoc est verum, licet non soluta, comestio. Neque eadem est ratio de musca in os volitante, & casu deglutiente: hæc enim actio nullo modo est comestio, sed respiratio: cum granum illud in ore contritum volutatum, & in stomachum, quamvis contra voluntatem trahatur, comestio sit, & non sola respiratio, ut de decedente in flumen, & aquam involuntariè deglutiente diximus n. 24.

An somnus, vel cibus digestus requirantur ante Communionem.

27. Duo denique adverte. Primò minime requiri, quod post cibum, ante mediam noctem assumptum, homo dormierit, vel cibum digesserit: hæc enim non sunt in præcepto. Sic Delugo ibid. n. 39. Ex quo olim copiosius ostendit, qui ceterum non infirmus, maximam tamen famam facit patiebatur, nec sese cohibere per quatuor horas sine cibo poterat: consului, inquam, ut, antequam ante mediam noctem se cibo efficeret, & antequam illæ horæ elaberentur, quamvis nondum digesto cibo, rite communicaret.

De Tempore, quo violatur jejuniū naturale.

28. Adverte Secundo, tempus, quo jejuniū, de quo agimus, violatur esse quando quid comeditur, vel bibitur post mediam noctem, quæ per horologium mediam noctem notans significatur per primum pulsuum campanæ. Ita Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 40. Delugo disp. 13. de Euch. sect. 2. n. 27. & 40. & (si tale horologium quadrantes ante horarum pulsuum notat) per primum pulsuum primi quadrantis: tunc enim notatur incipere dies sequens. Unde, si fortè tunc es in actu bibendi, & prosequaris post dictum primum pulsuum; iam naturale jejuniū violasti. Nec enim sequor unum, aut alterum dicentes, initium sequentis diei incipere post ultimum prædictæ campanæ pulsuum. Consultò dixi per Horologium mediam noctem signans. Nam communia apud nos Italice horologia, eiusmodi nequaquam sunt, solent enim per sonitum notare diei, noctisque tempus

ferè simihora post exactum Solis evolutis cuspem. Unde fit, ut hæc à nobis in re nostra, & in notatione meridiei sit detrahenda. Si V. G. in nocte vel die Equinoctij Horologium Italicum det signum sex horarum, media nox; vel merities: vere in nostris Regionibus erit hora Italica quinta cum dimidia: Vnde ea nocte non poterit amplius frangi jejuniū à communicato die sequenti: id ipsum si negavit, si observari mandavit Missale Romanum editum ab Innocentio X. anno 1647. In Instructione pro hac re, & similibus posita initio eiusdem Missalis, ut merito sic adverterit Gavanti in Rubr. Missal. p. 5. in fine Tabul. meridiæ, & media noctis [Monet idem Theodosius, quod Horologia Italica sonant Horas tardius quam indicent Horologia Solaria, quandoque per quadrantem Horæ, quandoque per dimidiam horam, & ideo detrahenda erit illa quantitas horæ.] Aliqua hac pertinentia colliges ex dictis à nobis lib. in Decal. c. 5. §. 5. ubi de Jejuniō Ecclesiastico.

§. VII. De dubitante an solverit Jejuniū naturale, Vbi de diversitate Horologiorum.

29. Si dubitas, an sis jejunos, ex eo quia nescis comedisse, an non: communicare tibi conceditur. Ita Laym. lib. 1. tr. 1. c. 5. §. 4. num. 36. Delugo disp. 15. de Euch. sect. 2. n. 42. & 43. 10. Sanchez in disp. 41. num. 9. At si certus quod comederis, dubitas num comestio fuerit ante mediam noctem, an post illam: non conceditur. Ita Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. n. 40. Delugo citans Fag. in præc. Eccl. 3. lib. 3. cap. 5. num. 18. Ratio est, quia hic est possessio pro præcepto: ibi pro tua libertate.

Sed aliquos in utroque casu concedere Communionem, quia in utroque putant stari debere pro libertate communicandi: & sane propter autoritatem horum Doctorum, probabile id existimandum est. Sic Laym. l. c. Baun. Actor casuum Botton. quibus adde Diana p. 3. tr. 4. ref. 29. Io. Sanch. in sel. disp. 42. cit. Adde, posse defendi, libertatem esse prædictæ præcepto, atque adeo debere prævalere.

30. Dixi (si dubitas) nam si sunt plura horologia, si constet esse falsa, potes quodlibet sequi: Ita Delugo cit. num. 45. quamvis id neget Merolla, & Salas apud Dianam p. 4. trall. 3. ref. 19. tunc enim non dubitas, sed habes probabilitatem (quam illud tale horologium tibi facit) non fuisse mediam noctem quando comedisti, quia non fuerat datum signum ultimi horologii. Licet autem cuicunque facere id quod probabile est, communis est sententia Doctorum. Lege Caltr. tom. 1. disp. 2. de cons. part. 2.

§. VIII. Quando non jejuno licet communicare.

31. In aliquibus casibus id licet. Primo instante morte pro Viatico: id quod satis sit hic innuisse: nam cetera, quæ ad id spectant, dicemus infra proprio in loco c. 5. præsertim §. 10.

32. Secundo Sacerdoti, etiam ad dandum Viaticum alicui moribundo licere non jejuno celebrare, si nec adsint aliæ particulæ consecratæ, doceat plures, plurimi vero negant, utique probabiliter, apud Delugo disp. 15. de Euch. sect. 3. num. 67. illi, quia, judicant præceptum de jejuniō, ante Communionem, non esse ita rigidè latum ab Ecclesia, ut velit moriturum relinquere sine Viatico: hi, quia putant satis esse, si concedatur ipsi infirmo tale privilegium, non verò aliis, propter ipsum.

33. Tertio, propter scandalum, vel infamiam. Sic aliqui apud Præp. in 2. p. q. 80. art. 8. dub. 2. n. 49. Unde qui stat ad altare ante linteam, recordaturque se non esse jejunos, si discedere sine infamiae nota non potest, commu-